



Heroicarvm Et Ecclesiasticarvm Quaestionvm Libri VI.

Sex libris prioribus universa Regalium, Iurisdictionis Ecclesiasticorum
Temporalis Et Constantinianae Donationis ratio discuritur ... contra
profanas & vanas cuiusdam Bodini novitates

De Satvrnino Permvttationis Beneficialis (Etiam Triangvlaris) - iure
Commentarius ad omnes Pontificum Constitutiones hûc pertinentes;
contra sceleratas & impias Ecclesasticorum beneficiorum mundinationes &
heriditarias quasi successiones

Epo, Boetius

Duaci, M.D.LXXXIIX.

206 Extinctio beneficiorum vt redeatur ad numerum consuetum quatenus
obset permutantibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61721)

I. 2. §. meritò. π. ne quid in via publ. vel itin. fiat. immò fuit olim dubitatum, considerata interpretatione talis priuilegij strictissima, num ad magna quoque beneficia pertineret huiusmodi Episcopis concessum priuilegium, an verò ad sola beneficiola parua d. c. penult. de verb. signif. vbi tandem ad magna quoque pertinere declaratur quando generaliter & indistinctè concessum fuit. Simile de nominatis per Vniuersitatem quampiam studiorum reor esse iudicium; quibuscum procul dubio satis agitur præclarè si beneficia vel per mortem vel aliàs absolutè simpliciterque vacantia consequantur, non autem permutantibus vllis vel molesti sint vel negocium temere facestant. Superest sola quæstiuncula quinta de beneficiis extinguendis vel veriùs iam extinctis in tempus quò primùm vacauerint, vt nimirum redeatur ad numerum in Ecclesia consuetum; cuius rei exemplum videmus in c. pro illorum. de præbend. Ergo quid si post huiusmodi statutū Capitulare sua beneficia permutare nonnulli tentent, & ex causa permutationis resignent? ecquid & impedietur permutatio & præterea suis excident beneficiis ita resignâtes, vt videlicet ad numerum consuetum iam nunc redeatur? Equidem sentio permutationē quidem impediri, quòd alioquin extinctionem semper & in perpetuum talibus permutationibus contingeret impediri, contra mentem & intentionem ad consuetum numerum redire volentium; sed resignantes propterea minimè
suis

205

*Nominatis
per Vniuers.
preferri per-
mutantes.*

206

*Extinctio be-
nificiorū vt
redeatur ad
numerū con-
suetum qua-
tenus obstat
permutanti-
bus.*

fuis excidere beneficiis, propter causam in beneficiis vnitis modò memoratam; nisi sic extinctio decreta fuerit vt etiam permutationis causa nominatim & expressè compræhenderetur. immò si contra suum decretum seu statutum semel admiserint aliquem Capitulares vltra numerum constitutum, recessisse censentur à suo decreto, liberrimaque reddetur permutatio quibusuis. arg. cap. pro illorum. de præbendis. vbi Põrifex propterea supernumerariũ cogit admitti quòd Capitulares ipsimet numerum consuetum sponte sua superassent aliàs admissio quodam. qua de re plusculum Senensis quæst. 34. & quæst. 35. de statuto simul quærens iurato, & quidem per Episcopum vel etiam per ipsum Pontificem confirmato. nos ad reliqua tandem pergamus.

207
Statuti Cã-
pitularis ne-
glectio.

Ait Pont. *illos tamen qui secundum formam iuris*. Intelligit Pontifex permutationem canonicam quæ fit ordinario consentiente comprobanteque, secundum iura superioribus capitulis tradita.

208
Forma permuta-
tionis.

Ait Pont. *Sua beneficia*. Quid igitur est sentiendum de beneficiis nondum suis at speratis dumtaxat, vt expectantiũ præbendas primũ vacaturas, ecquid & eas rectè permutabũt expectantes hi? Non videtur; eo quòd in permutatione requiratur datio rei (non spei) pro re l. i. in fin. .n. de rer. permut. l. naturalis. in princ. vers. fin autem rem do. .n. de præscriptis verbis & in fact. act. l. vlt. .n. de condict. cau. dati cau. nõ sec. Accedit, quòd gratiæ tales expectatiuæ

209
Beneficia spẽ
rata vel ex-
pectata pos-
sintne permutari.

h ij fin